



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Meta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

nis causa in urbe condenda adhiberi solita. Saxo autem munitus erat in speciem quadratam. Eius loci meminit Ennius eo versu,  
*Est nunc, & quis erat Romæ regnare quadrata.*


DE META. CAP. XXXVIII.

Jam metarum pyramidumq; ratio nos appellat, quarum significata referamus: & quoniam & quadrangulares & triangulares metæ reperiuntur, de quadrangularibus prius dicere incipimus, argumento eo, quod præ manibus erat, invitati.


F I N I S.

Finem hæc aut operis consummationem absolutumq; modum ostendit: siquidem myrias, qui decem millium numerus est, metam astruit. Numerus vero is ab unitatibus multiplicatus, & maximus, & perfectissimus est, adeo ut sumpto ab unitate principio, sit in myriadem finis. Pyramidis enim basis, ut apud Philonem est, longitudine pedum centum, ac totidem latitudine constituitur, quibus juxta quadrati naturam multiplicis, in quem diximus numerum resultat: quem quia perfectissimum esse dictum est, finem iidem



& exactum opus metæ, & ter multiplicato denario constituta, significare dicitur. Decadis autem vis est quaternarius numerus: secundum enim compositionem à monade ad quaternarium punctis in unum contractis ac supputatis, decas fit. Decies autem decem, centum: decies centum, mille: millia decies, summa perfectissima. Adtipulatur huic perfectioni architectorum etiam commensus, qui perfectionem in denario, quem antiqui *πλειον* appellant, collocaverunt. Et Romulus, non ille quidem inter pastores, ut putat vulgus, educatus, sed Stabii oppido non incelebri literis institutus, & ut Plutarchus attestatur, liberalibus artibus & disciplinis eruditus, ad eam quæ subsequuta est felicitatem ausu minime temerario via sibi ad aperta, confirmatis jam rebus, regnoque jam constituto, quæcumque fecit, & instituit, denario finivit numero, ut putant Senatores in x. decurias, urbem in curias xxx. in totidem decurias equites. Principes hastatos & pilanos denario finivit. Annunquæ demum in menses x. terminavit, quod ad nostram usque diem tributo militibus erogando perduravit. Addunt nonnulli, non temere esse denarium numerum tam pedum quam manuum digitis attributum, & os capitis à mento ad frontem summam, & manus palmam ad Medii usque digiti summum, mensura decies repetita, perfectam cujusque hominis altitudinem dimetiri. Quod vero Mathematici, qui altius Philosophantur, numeri perfectionem alii in senario, alii in septenario posuerunt, alterius est considerationis, quam in Digitorum commentario delibavimus, sed ad hos numeros illa nihil attinent. Hujusce perfectionis ergo Aegyptii, reges suos, qui mortales reliquos gloria præcessissent, honorare metis & pyramidibus, quæ sepulchris eorum superponerentur, consueverunt: de quibus



Hinc En. r.  
Hic ego nec  
metas, id  
est, finis.



De denario  
numero.



regnoque jam constituto, quæcumque fecit, & instituit, denario finivit numero, ut putant Senatores in x. decurias, urbem in curias xxx. in totidem decurias equites. Principes hastatos & pilanos denario finivit. Annunquæ demum in menses x. terminavit, quod ad nostram usque diem tributo militibus erogando perduravit. Addunt nonnulli, non temere esse denarium numerum tam pedum quam manuum digitis attributum, & os capitis à mento ad frontem summam, & manus palmam ad Medii usque digiti summum, mensura decies repetita, perfectam cujusque hominis altitudinem dimetiri. Quod vero Mathematici, qui altius Philosophantur, numeri perfectionem alii in senario, alii in septenario posuerunt, alterius est considerationis, quam in Digitorum commentario delibavimus, sed ad hos numeros illa nihil attinent. Hujusce perfectionis ergo Aegyptii, reges suos, qui mortales reliquos gloria præcessissent, honorare metis & pyramidibus, quæ sepulchris eorum superponerentur, consueverunt: de quibus

Nempe ob  
avaritiam  
ducum.